

CLARISS.

DN. AVTOREM

RESPONDENTEM

PERAMANTER SALVTAT

PRAESES.

Quam mihi obtulisti sub praesidio meo defendendam Disputationem Theologicam, eius argumenti esse animaduerti, vt, si vel ipse Tibi illud suppeditauissem, commodius delecturum me fuisse vix crederem. Eam praeterea in elaborando iudicii Theologici limam abs Te adhibitam fuisse deprehendi, vt in nonnullis saltem confirmandum & explicandum Te viderem, reliqua enim nec displicuerunt mihi, nec displicebunt Lectoribus beneuolis & veritatis coelestis amantibus. Tandem perspexi Te quasdam vindicias instituere cathedrae Lutheri, quas non ad thema tuum torques, sed reipsa sic ferente & iubente commode reliquis subiungis, atque sic facis, quod aequitas & veritas imperat. Cur enim nonnulli in cathedram eam bilem effundant suam, cuius doctores haectenus per Numinis gratiam veritatis custodes extiterunt sinceri, cau-

):(

fas